

lapsu hominis ac pena multiplici, de peccato in genere multiplicative peccati divisione ac singulorum generum proprietate; postmodum vero de hominis lapsi reparatione, de proprietatibus fidei ceterarum^{m)} per ordinem virtutum, donorum Spiritusⁿ⁾ Sanctiⁿ⁾ atque beatitudinum, de numero quoque et materia omnium scientiarum; post hec autem iuxta seriem temporum per^{o)} ordinem^{o)} continet historiam rerum in mundo gestarum, dictorumque^{p)} memorabilium ab initio seculi usque ad tempus nostrum: et primo quidem describit initium Ecclesie, quod habuit ab Abel, eiusque progressum per tempora patriarcharum^{q)}, iudicum^{r)}, regum ac ducum usque ad tempora Christi et Apostolorum iuxta ordinem Sacre Historie, multa etiam interserens utilia de gestis ac dictis ethnicorum; exinde vero diffusius texit historias ecclesiasticas per successiones Romanorum imperatorum usque ad illum, qui nostris^{s)} temporibus imperavit^{t)} Fredericum^{u. 88)}.

Inter hec autem ab initio commemorat singulorum temporibus suis ortus regnorum successiones quoque regum^{v)} et varios eventus bellorum, errores paganorum, Iudeorum, hereticorum gesta^{w)} dictaque notabilia atque librorum nomina, philosophorum et poetarum, institutionem ac formam et efficaciam sacramentorum veterum ac novorum, multiplicem^{x)} Ecclesie profectum^{x)} per processum ac varietatem temporum^{y)} numerumque et ordinem persecutionum eius sub imperio precipue Romanorum per successiones imperatorum, gesta quoque laudabilia et^{z)} passionem et miracula sanctorum, scilicet Apostolorum, martyrum, confessorum atque virginum; sed et actus^{aa)} memorabiles ac nomina librorum, floresque non paucos doctorum catholicorum, canones et statuta conciliorum et Romanorum pontificum, collationes et vitas sanctorum heremitarum, regulas et instituta sanctorum patrum, initia quoque et profectus^{bb)} diversorum ordinum atque professionum; ad extremum vero de presenti permixtione bonorum et malorum^{cc)}, de vario statu animarum a corpore separatarum, de ordine seculi venturi,

^{m)} ceterarumque D ⁿ⁻ⁿ⁾ specie scilicet N_1 ; Spiritus scilicet N_2
^{o-o)} *fehlt* H_3H_4 ^{p)} doctorumque D_1 ^{q)} *folgt* et prophetarum D
^{r)} *folgt* que et D ^{s)} *folgt* hiis H_1H_2D ^{t)} imperat D ^{u)} *fehlt* H_2
^{v)} *folgt* hereticorum N_2 ^{w)} gesta D ^{x-x)} Ecclesie
 profectum multiplicem D_2D_3 ^{y)} *fehlt* D ^{z)} *fehlt* D ^{aa)} *folgt*
 et N_1 ^{bb)} perfectus N_2 ^{cc)} *folgt* et D_2D_3

⁸⁸⁾ Da dieser Herrscher übereinstimmend in allen Rezensionen genannt wird, ist die Entstehung dieses Kapitels in jedem Falle vor 1250, vielleicht auch vor 1245, der Absetzung Friedrichs II., anzusetzen. Die Kaiser spielen bei Vincenz keine entscheidende Rolle, sie dienen vor allem zum Datieren.